

INTROIT Canticles 4: 8,9

Veni de Líbano, sponsa mea, veni de Líbano, veni: vulnerásti cor meum, soror mea sponsa, vulnerásti cor meum. (Ps. 112: 1) Laudáte, púeri, Dóminum: laudáte nomen Dómini. V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Veni de Líbano, sponsa mea, veni de Líbano, veni: vulnerásti cor meum, soror mea sponsa, vulnerásti cor meum.

Come from Libanus, my spouse, come from Libanus, come: Thou hast wounded my heart, my sister, my spouse: Thou hast wounded my heart. (Ps. 112: 1) Praise the Lord, ye children: Praise ye the name of the Lord. v. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Come from Libanus, my spouse, come from Libanus, come: Thou hast wounded my heart, my sister, my spouse: Thou hast wounded my heart

COLLECT

Dómine, qui dixísti: Nisi efficiámini sicut párvuli, non intrábitis in regnum cælórum: da nobis, quæsumus; ita beátæ Teresiæ Vírginis in humilitáte et simplicitáte cordis vestigia sectári, ut præmia consequámur ætérna. Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

O Lord, Who hast said: Unless ye become as little children, ye shall not enter into the kingdom of Heaven, grant unto us, we beseech Thee, so to follow the footsteps of blessed Teresa, virgin, in lowliness and simplicity of heart that we may gain everlasting rewards. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

LESSON Isaias 66: 12-14

Hæc dicit Dóminus: Ecce ego declinábo super eam quasi flúvium pacis, et quasi torrémentem inundántem glóriam géntium, quam sugétis: ad úbera portabímini, et super génua blandiéntur vobis. Quómodo si cui mater blandiátur, ita ego consolábor vos, et in Jerusalem consolabímini. Vidébitis, et gaudébit cor vestrum, et ossa vestra quasi herba germinábunt, et cognoscétur manus Dómini servis ejus. Lécitio Isaiæ Prophétæ.

Thus saith the Lord: Behold I will bring upon her as it were a river of peace, and as an overflowing torrent the glory of the gentiles, which you shall suck; you shall be carried at the breasts, and upon the knees they shall caress you. As one whom the mother caresseth, so will I comfort you, and you shall be comforted in Jerusalem. You shall see and your heart shall rejoice, and your bones shall flourish like an herb, and the hand of the Lord shall be known to His servants.

GRADUAL Matthew 11: 25

Confíteor tibi, Pater, Dómine cæli et terra, quia abscondísti hæc a sapiéntibus, et prudéntibus, et revelasti ea párvulis V. (Ps. 70: 5) Dómine, spes mea a juventúte mea.

I confess to Thee, O Father, Lord of heavens and earth, because Thou hast hid these things from the wise and prudent and hast revealed them to little ones. V. (Ps. 70: 5) Lord, Thou art my hope from my youth.

LESSER ALLELUIA Ecclus. 39: 17-19

Allelúja, allelúja. V. Quasi rosa plantáta super rivos aquárum fructificáte: quasi Líbanus odórem suavitátis habéte: floréte flores, quasi lílium, et date odórem, et frondéte in grátiam, et collaudáte cánticum, et benedicíte Dóminum in opéribus suis. Allelúja.

Alleluia, alleluia. V. (Ecclus. 39: 17-19) Bud forth as the rose planted by the brooks of waters. Give ye a sweet odor as Libanus. Send forth flowers, as the lily, and yield a smell, and bring forth leaves in grace, and praise with canticles, and bless the Lord in His works. Alleluia.

GOSPEL Matthew 18: 1-5

In illo témpore: Accessérunt discípuli ad Jesum, dicéntes: Quis, putas, major est in regno Cælórum? Et ádvocans Jesus párvulum, státuit eum in médio eórum, et dixit: Amen dico vobis, nisi conversi fuéritis, et effliciámini sicut párvuli, non intrábitis in regnum Cælórum. Quicúmque ergo humiliáverit se sicut párvulus iste, hic est major in regno Cælórum.

At that time, the disciples came to Jesus saying: Who, thinkest Thou, is the greater in the kingdom of Heaven? And Jesus calling unto Him a little child, set him in the midst of them and said: Amen I say to you, unless you be converted and become as little children, you shall not enter into the kingdom of Heaven. Whosoever therefore shall humble himself as this little child, he is the greater in the kingdom of Heaven.

OFFERTORY Luke 1, 46: 48-49

Magnificat ánima mea Dóminum: et exultávit spíritus meus in Deo salutári meo: quia respéxit humilitátem ancillæ suæ: fecit mini magna qui potens est.

My soul doth magnify the Lord. And my spirit hath rejoiced in God my Savior. Because He hath regarded the humility of His handmaid: He that is mighty hath done great things to me.

SECRET

Sacrificium nostrum tibi, Dómine, quæsumus, beátæ Theresiæ Vírginis tuæ precátio sancta concíliet: ut in cuius honóre solémniter exhibétur, ejus méritis efficiátur accéptum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

We beseech Thee, O Lord, that the holy intercession of blessed Teresa, Thy virgin, may make our sacrifice agreeable to Thee, so that it may be made acceptable by the merits of her in whose honor it is solemnly offered. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

COMMUNION Deut. 32: 10, 12

Circumdúxit eam, et dócuit: et custodívit quasi pupíllam óculi sui. Sicut áquila expándit alas suas, et assúmpsit eam, atque portávit in húmeris suis Dóminus solus dux ejus fuit.

He led her about and taught her: and He kept her as the apple of His eye. As the eagle, He spread His wings and hath taken her, and carried her on His shoulders. The Lord alone was her leader.

POSTCOMMUNION

Illo nos, Dómine, amóris igne cæléste mystérium inflámmet quo beáta Therésia Vírgo tua se tibi pro homínibus caritátis víctimam devóvit. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

May the heavenly mystery, O Lord, enkindle in us that fire of love, whereby the blessed Teresa, Thy virgin, offered herself to Thee as a victim of charity for men. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.